

COMPITORUM. — Hebreice חַטּוֹת chutsoth, id est fides sit penes Iudeos. Ego certe nec expositioni huic, nec historie fidem habeo: olet enim Rabbinus alieus cerebrum et commentum.

20. VIDE. — Est oratio Hierosolymitanorum, ad quam impuli ostiindoti sunt a Jeremia vers. preced. Ita Hugo et S. Thomas.

QUEM VINDEXIAVERIS, — id est usque ad quam paucas reliquias abduxeris et captivaveris nos per Nabuzardan. Vide cap. 1, 22. Haec Olympiodorus.

ERGONE CONEDENT? — q. d. Quis unquam audit tantum rabiem famis, ut matres comedenter suis infantes, ut factum est in Jerusalem?

AD MENSURAM PALME. — Hebreice טְפֵחָה tephach, id est magnitudinis palme, palmares, id est infantes recentes natos et parvulos. Nota: Hebreum טְפֵחָה significat palma explanare, distendere, ut matres explanant membra parvulorum, ne contracta aut distorta maneat; sed ut ea apta complant: hinc tephach significat etiam educare, et ad incrementum ac magnitudinem perdureare, ut patet vers. 20 et ultim. Unde Pagnius verit. *parvulos educationem;* Chaldaeus, Septuaginta, Iasianus, mactasi quasi Ianio; hoc enim est hebreum טְפֵחָה tobach.

21. VOCASTI QUASI AD DIEM SOLEMNEM, QUI TERRA ME DE CIRCUITO, — q. d. Tu, quasi duces castrorum hostilium, nutu et imperio, vocate et congregatis finitimes gentes, ut olim solebant confluer Hierosolymam, cum aliquod festum celebre agebatur; ita nunc cum Chaldaeis venerunt ad me terrendrum et expilandum. Patel Jeremie 1, 15. Hebrei nerviosus habent: *Vocasti נֶגֶר megurai, id est timores, terres vel pavores meos, id est, ut Vallibus, vocasti hostes qui milia sunt timori, et quos timo, ne milia parvulos et filios eripiant. Septuaginta: vocasti colonias vel parvicias meas, id est omnes in villis et locis vicinis habitantes conlocasti metu Chaldaeorum Hierosolymam, ubi omnes obessi, cesi vel capti sunt.* Ut Theodoritus. Notat Sanchez hic alludi ad tria, que fiebant in die festo et solemnem: *primo*, in eo mactabantur victimae, q. d. Sic vocasti Chaldeos quasi victimarios, ut non boves, sed cives tibi jugularent; *secundo*, ad festa undique confluebat ingens hominum copia, q. d. Sic ingentem hostium vim congregasti contra Jerusalem; *tertio* (quod maxime hic intendit) in festis erant securitas, facilitas et letitia, q. d. Te due hostes evocante, ipsi quasi de Victoria et preda certi, sic alacres in urbem confluxerunt, ac si dies obire vellent somnies et geniales, ne bellum pondus difficile subire.

EDUCAVI. — Hebreice טְפֵחָה tippachti, id est parvulos complanavi, formavi et enutrivi, de quo dixi vers. 20. Singula haec verba ponderanda sunt, singula enim ingens continent pathos.

CONSUMPSIT EOS. — Septuaginta vertunt. *omnes eos* legerunt enim כִּילָם cillum; melius Noster et alii passim legunt כִּילָם killam, id est consumpsit eos.

Tropologice, totum hoc caput facile est adaptare anime peccatrici, que a Deo tot beneficia affecta, ob ingratiitudinem omnia illa, omnemque gratiam et decorum perdidit; unde penitens reddit ad Deum oratque pro venia.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Olympiodorus, Paschosius et Bonaventura putant Jeremiam ad litteram hoc capite loquitur de Christo et Christi passione. Verum Jeremias luget hisce Threnis ad litteram sui temporis calamitatem: ergo tantum allegories luget Christi afflictiones et cruces. **Secundo,** Theodoritus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyrons et Valabius putant hoc caput esse vocem populi, sive cuiuslibet Iudezi, vel Hierosolymis, vel in Babylonie lugentis communem clamorem. **Tertio** et plausissime, ut verba sonant, Origenes, Eusebius, Rupertius, Hebrei et Valabius censent Jeremiam hinc lugere suas calamitatem, praesertim eas quibus, tempore obsidionis, a suis civibus afflicta fuit, Jeremias 20 et seq. hoc enim est quod initio capituli ait: *Ego vir videns paupertatem meam; et vers. 14: Factus, ait, sum in derisum omni populo meo; unde et careerem vinculaque sua plangit, vers. 8, 6, 7, 9, ac in diem et famem, vers. 15, 16, 17, ac verbera et alapas, vers. 3, 12, 30; simul tamen in seipso representat et luget afflictionem populi sui, ut dicam vers. 7, 8, 10. Deinde, vers. 21, spem in Deum exigit, ostendendo utilitatem tribulationis. Quarto, vers. 40, suas orationes et suorum civium plangendo, multa similia suis iuncticis impetravit (1).*

1. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus. 2. Me minavit, et adduxit in tenebras, et non in lucem. 3. Tantum in me verit, et convertit manum suam tota die. 4. Vetustam fecit pellem meam, et carnem meam, confixit ossa mea. 5. Adflicavit in gyro meo, et circumdedit me felle, et labore. 6. In tenebris collocavit me, quasi mortuos semper. 7. Circumadfecit adversum me, ut non egrediar: aggravavit compedem meum. 8. Sed et cum clamavero, et rogavero, exclusit orationem meam. 9. Conclusit vias meas la pidibus quadratis, semitas meas subvertit. 10. Ursus insidiatus factus est mihi: leo in absconditis. 11. Semitas meas subvertit, et confregit me: posuit me desolatum. 12. Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam. 13. Misit in renibus meis filias pharetræ sue. 14. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. 15. Replevit me

(1) Non solo suo nomine loquitur Jeremias hoc Threno, ut recte monet Rosenmuller, sed universa populus hebreorum suum misericordiam sub unius viri persona conquisitus inducitur; hinc ait, in prima *Pluratis* persona loquitur, a qua vers. 48 seqq. ad primam *Singularis* redit. Cum negat Parcan, utrum hujus apud hebreos postas consuetudinis exemplum affiri posse, non est recordatus vir dictissimum plurium Psalmorum, qui totum populi hebrei acera fati inter barbaros oppressores sub imaginis hominis omni cruciatum generis affecti conqueruntur, veluti *Psalm. vi, xi, xii, xiii, xxii.* Quod Parcan Jeremiam ait constanter solere populos inducere vel sub personam mulieris, vel in plurimi numero loquentes, nihil valet. Quid enim obstat, quo minus vates e solita forma semel iterumque discerserit?

Sed a vero discendero nobis videtur idem Rosenmuller, cum non admittendam censem sententiam eorum qui Jeremiam ita per totum hoc caput loqui existimat, ut suas afflictiones cum publica calamitate conjugat, adeoque modo veluti privatus modo totius populi nomine lamentetur. Nihil enim obstat quin de isto duplicitate objecto, scilicet de propriis et patria malis hec lamentatio decurrat, quia argumentum carminis inconstans et vagum sit, ut obijctus Rossmuller.

Primo igitur, Propheta representat persecusiones in corpore, provenientes primo, ex pauperitate, vexatione ac verberatione a Deo ipso illata, 1-4; secundo, ex captivi-

tate et carcere omne lavamen excludente, 5-9; tertio, ex Dei ferientis implacabil studio, et hostium illationum centuo, 10-14; quarto, ex dolore et tacto continuo, omnem animi aquitatem eludente, et interitum afferente, 15-18.

Secundo, exhibet afflictus varios in animo, ejusmodi sunt, primo, conversionis ad Deum, cum humilitate ac spe conjuncta, 19-21; secundo, testificatio conscientiae de Dei misericordia, 22-24; tertio, predicatio divine honestatis, exemplum credentium, sperantium, ac patientiam coletiorum, 25-31; quartio, veneratio divina justitiae, ad emendationem, non ad destructionem percutientis, 32-36; quinto, commendatio submissionis erga Dei voluntatem, inspectionis in propriam conscientiam et deprecationis in Deum, cum acri obrogatione contra illos qui ita despiciunt, ut excludant Deum a gubernatione rerum humanarum, 37-41.

Tertio, sequitur oratio Prophetæ et populi, strumus argumentum repetens, primo, per confessionem cuiusque, 42; secundo, per tolerantiam penitae a Deo immisso et ab hostibus illatae, 43-47; tertio, per professionem lacrymarum, 48-51; quarto, per querelas de sui persecutione, oppressione et proxima ruinam, 52-54; quinto, per supplicationem utriusque postulantem, sibi sententem et recompensationem, 55-58; hostibus pares injuriis, contumeliis et sannis illatis viros, 59-64; voti utriusque executionem, 65, 66.

amaritudinibus, inebriavit me absinthio. 16. Et fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere. 17. Et repulsa est a pace anima mea, oblitus sum honorum. 18. Et dixi : Perit finis meus, et spes mea a Domino. 19. Recordare pauperatis, et transgressionis mea, absinthii, et fellis. 20. Memoria memor ero, et tabescet in me anima mea. 21. Hac recolens in corde meo, ideo sperabo. 22. Misericordia Domini quia non sumus consumpti : quia non defecerunt miserationes ejus. 23. Novi diluculo, multa est fides tua. 24. Pars mea Dominus, dixit anima mea : propterea exceptio eum. 25. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anime querenti illum. 26. Bonura est prestolari cum silentio salutare Dei. 27. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. 28. Sedebat solitarius, et tacet : quia levavit super se. 29. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes. 30. Dabit persecutum se maxillam, saturabit opprobriis. 31. Quia non repellit in sempiternum Dominus. 32. Quia si abjecit, et miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. 33. Non enim humiliavit ex corde suo, et abjecit filios hominum, 34. ut contereret sub pedibus suis omnes vincitos terrae, 35. ut declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi. 36. Ut perverteret hominem in iudicio suo, Dominus ignoravit. 37. Quis est iste, qui dixit et fieri, Domine non habent? 38. Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona? 39. Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis? 40. Scrutemur vias nostras, et queramus, et revertamur ad Dominum. 41. Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in celos. 42. Nos inique egimus, et ad iracundiam provocavimus : idecirco tu inexorabilis es. 43. Operuisti in furore, et percussisti nos : occidisti, nec pepercisti. 44. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. 45. Eradicatum, et abjectione posuisti me in medio populorum. 46. Aperuerunt super nos os saum omnes inimici. 47. Formido et laqueus facta est nobis vaticinatio, et contrito. 48. Divisiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filia populi mei. 49. Oculus meus afflitus est, nec tacuit, eo quod non esset requies, 50. donec resiperet et videret Dominus de caelis. 51. Oculus meus deprædatus est ammam meam in cunctis filiabus urbis meæ. 52. Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis. 53. Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me. 54. Inundaverunt aqua super caput meum : dixi : Peri. 55. Invocavi nomen tuum, Domine, de lacu novissimo. 56. Vocem meam audisti : ne avertas aurem tuam a singulu meo, et clamoribus. 57. Appropinquasti in die, quando invocavi te : dixisti : Ne timeras. 58. Jtidicasti, Domine, causam animæ meæ, redemptor vita mea. 59. Vidisti, Domine, iniuriam illorum adversum me : iudica iudicium meum. 60. Vidisti omnem furem, universas cogitationes eorum adversum me. 61. Audisti opprobrium eorum, Domine, omnes cogitationes eorum adversum me; 62. labia insurgentium mihi, et meditationes eorum adversum me tota die. 63. Sessionem eorum, et resurrectionem eorum vide; ego sun psum eorum. 64. Reddes eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum. 65. Dabis eis scutum cordis labore tuum. 66. Persequeris in furore, et conteres eos sub celsis, Domine.

Allegorice, Jeremias hic afflictus Christum patientem et cum eo quemvis martyrem representat. Vide Dionysium Carthusianum illi singula adaptantem.

Tropologicz, has Jeremie voces et lamentea initetur pastor populi, in obessa urbe, et sanctus quilibet, in communia calamitate et punitione reipublice. Ita S. Augustinus, inquit Possidonius, cum Africa et Wandaliis vastaretur, debuit et lamentabatur assidue, cumque ejus urbs Hippo ab eis obsideretur per 14 menses (unde et post mortem ejus capta ab eis et concreta est), terro obsidionis mense, ex dolore in fabrīm incidit:

orabatque Dominum, ut aut urbem liberaret, aut servos suos ad perfervendam voluntatem suam fortis faceret, aut se de hoc seculo eriperet. Ille tertium configit ei : mortuus est enim in obdizione. Sub mortem Davidis psalmos penitentiales assidue legebat, et ubertum diebat, dicebatque clam laudatos christianos et sacerdotes, alisque digna et competenter penitentia, exire de corpora non debere. Legant ergo tales hosce Threnos Ieremie.

1. EGO VIR, — q. d. Ego Jeremias hujus cladi communis, qua cum civibus meis involvitus sum, non modicam partem video, id est experior et sus-

tanti occurrens, rogansque quis esset, ac audiens ; Ego sum Attila, rex Hunnorum, flagellum Dei, dixit : Et quis est mortalium qui Dei flagello resistat? Ego sum lupus dissipator gregis Domini ; veni ergo, fui me flagellum, illoque utre, ut Deus concedit. Jussit ergo portas aperiri, framinque Attila tenens, pedes eum cum copia per medianam urbem deduxit. Attila quasi atomus, ali portas egressus, civitatem intactam reliquit. Ita Nicolaus Olanus in Attila, cap. ix.

ALLEGORICE Christus est vir, hebraice רַבְגָּה gaber, id est fortis, de quo dixit Jeremias, cap. xxxi, 22 : « Femina circumdabit virum. » hic enim vir, cum Moses, Gedeon, Jeremias aliquis prophete omnes se excusarent a salvando Israele, solus nostram afflictionem viriliter in se suscepit, et suam fecit.

Tropologicz hic vir est Adam, « qui paradiso pulsus versus interni gaudi delicias amisit », ait S. Gregorius lib. XXXIV Moral, cap. ii.

2. ME MINAVIT. — Hebraice est, duxi et deduxit.

IN TENEBRAS, — in carcere tenebrosum, in quem a Phassur aliquis Judeus conjectus Jeremias, in eo vitam egit per tres annos, Jerem. xxxii et xxxviii. Rursum tenebres significant res adversas, lumen prosperas (1). Psalm. lvi, 6 : « Timor et tremor venerum super me, et confexerunt me tenebres ; » Job xvii, 12 : « Post tenebras spero lucem, » q. d. Post nubila Phœbus, post luctum spero gaudium.

ET NON IN LUCEY, — q. d. In meras et cimmerias tenebres, omni luce carentes. Hanc enim auxes in significati negativo adjecta affirmationi, ut cap. ii, vers. 17 : « Destruxit et non pepercit, » id est plane, sine illa misericordia destruxit. Ezech. xviii, 21 : « Vita vivet, et non morietur, » id est omnino vivet; Isaie xxviii, 4 : « Morieris tu, et non vivas, » id est certo morieris; Joas. i, 20 : « Confessus non negavit, » id est plane et discrete, sine illa negatione aut tergiversatione, confessus est se non esse Christum.

3. TANTUM IN ME VERTIT, ET CONVERTIT MANUM SUAM TOTA DI. — q. d. Deus per totos dies mihi non aliud fecit quam me assidue colaphis et alapis excedere. Est metaphoræ a colaphizimis, qui continuo aliqui alapas impingunt manu, nunc unum genas, nunc alterum conversum ferendo, itaque ictus geminando, iisque faciem versando et reversando instar fabri, qui ferrum versat, tundit et retundit, donec illud in easam formam quam cupit, effingat.

(1) Image a tenebris ducta, ut apud aliorum populi, ita et apud Hebreorum poetas frequens est, ad miseriam conditionem representandam, vide Isa. v, 30; Jerem. xii, 16; Mich. vii, 8. Hoc autem loco resipi ad iprofibus et umbrerosas valles, ovibusque minus tua loca, Paream probabile putat ex pastortio verbo ἀπό μαρτίῳ, ut hic vertit Hieronymus. Sed utrumque verbum et latius usurpari, et in universum ducent significare constat. (Rossenauer.)

4. VETUSTAM FECIT PELLER MEAM — assidua aërumna, fama et verberibus, detrivit in me juvenilem decorum, et seniles rugas pelli mœsi induxit; unde et ossa, quibus fulcitur corpus, id est vires meæ occise et quasi contrita sunt. Ita Origenes, S. Thomas, Dionysius. Sic Psaltes ait, *Psalm. cxviii.*, 83 : « Factus sum sicut uer in pruina; » uter enim, pruina expositus, contrahit et corrugat ac quasi senescere solet.

5. EDIFICAVIT IN GYRO MEO, — scilicet vallum et aggeres, quibus vallarunt Hierosolymam Chaldei. Ita Chaldeus, Origenes, Theodoretus.

Sciendo et melius, Origenes et Rupertus supplant vocem *carcera*, q. d. Deus carcere mihi aptavit, eoque me conclusit. Patet ex vers. seq. uir ait: « In tenebris collocavit me. »

6. TERTIO, non male Maldonatus et Sanchez metaphorice explicant: « Edificavit in gyro meo, » hoc est circumvalavit me labore et felle, ut statim explicat, id est omni ex parte circumdehid me periculis et laboribus, sicut urbem quae cincta est muris; ita ut non possim ex uno malo fugere, quia incurram in aliud (1).

CIRCUMDEDIT ME FELLE ET LABORE, — id est amaritudine et defatigatio in tot laboribus, persecutioibus et ærumnis. Hebreia si quoque verti possint: *Circumdedit caput et suspendit ipsum, sollicit catena et furca, que collo Jeremie injecta fuit; tertio, Chaldeus verit: Circumdedit circulum, eradicavit capita*, id est duces populorum; *quarto, Hebrei per fel accipiunt Nabuchodonosorem, per laborem Nabuzardam, qui urbem et templum percudit.* Sed primum sensus est planissimus.

Allegoric Christus in passione felle potatus est, et fatigatus tot itineribus, plagiis ac cruce.

6. IN TENEBRIS COLLOCAVIT ME, QUASI MORTUOS SEMPERTINOS, — in perpetuum morti et oblivionis datos, q. d. Jacui in carcere tenebrose et tetro, perinde ac jacerem solent in sepolcro mortuorum perpetuum, de quibus dicitur *Psalm. xlvi.*, 12: « Sepulcra eorum illorum in eternum. » Illo apud Persas, carcere in quem moritari conjecturantur, vocatur *zahr, lethe*, id est oblio; Romanis *barathrum*, a profunditate et luto. Sic Ezechiel, cap. xxxvii, Iudeos in Babylonie captivos vocat mortuos, et *Babylonem* vocat eorum sepulcra; ac conqueretur redditum et captivitate in patriam et libertatem, vocat resurrectionem: ut enim servitus civilis est mors; ita carcer est sepulcrum, et incarcerated civilis homini sepulta.

7. CIRCUMEDIFICAVIT ADVERSUS ME. — Hebreica est *771 gadar*, id est quasi sepem obstruxi super

(1) Amaritudo et ærurna, sistunt audaci et elegantia, quasi hostiles copiae quibus Jova miserum circumdat et angustat. Imagine hanc absimili usus est Ovidius, *Trist. V., v. 41:*

Tan me circumstans densorum turba malorum.

Jobus. xix. 12, calamitatum turbas contra ipsius tentorum castra ponere queritur. (Rosenmüller.)

me, q. d. Deus undique me Jeremiam conclusit carcere et compadibus, ne qua effugiam. Ita Chaldeus, Origenes, Hugo, Dionysius.

Secundo, Rabanus et S. Thomas accipiunt hoc de populo obpresso Hierosolyma; Theodoreus, Rupertus et Lazarus de captis in Babylone. Jeremias enim hic ita suam calamitatem luget, ut simul etiam cladem populi lugeat; haec enim eum angebat, ac si propria fuisset. Unde quadam verba magis Jeremias, quedam magis populo converunt, ut quod hic dicit: « Circumedificavit adversum me; » et vers. 5: « Edificavit in gyro meo. »

Tropologic S. Gregorius, homil. 12 in *Ezech.*: « Habeimus, inquit, compedes ipsam infirmitatem et corruptionem mortalitatis nostræ; sed, cum tribulatio nobis et genitius additur, ipsa naturæ compedes aggravatur. »

8. CUM CLAMAVERO (ex Hebreo verti potest: *Cum clamabam*); EXCLUSR, — vel, ut Septuaginta, *obstruxit*, scilicet fenestras, vias et foreas coeli, ne ad Deum pervadat oratio mea, q. d. Deus mihi est inexorabilis, ut at vers. 42 et 44. Illo patet hoc non tam ad Jeremias personam, quam ad populi, quam ipse hic representat, pertinere. Jeremias enim exorabilis et favens fuit Deus, populo vero inexorabilis: unde pro eo Jeremias virtutem orare, cap. xiv, vers. 11. Que sane extrema affliti, et undique ab hostibus obcessi, est calamitas; ut tam Deum, quam homines, habeat infensos, ac celum ipsi euenient, æque ac terra ferrea esse videatur.

9. CONCLUSI VIAS MEAS LAPIDIUS QUADRIS, — q. d. In carcere quasi lapidiis quadris obstruuntur techo, ne via quæ abeant aut evadant: hinc semitas, scilicet evadendi, subvertit, id est evertit, hoc est egrediendi omnem modum et viam advenit, ut nullum usquam pateat effugium, nullus elabendus ait. Pro subvertit, a Castro verit, excavavit, id est excavas fecit semitas, id est osculavit vias evadendi, ne eas inventire possim. Verum hebrei non est *תְּבַרֵּא*, id est excavavit, sed *תְּבַרֵּא*, id est curvavit, deject, evertit; Vatablus verit, *depravavit*. Haec phrasa significat Deum tam Iudeos, quam Jeremias, omnem spem auxili et evasionis tum e care, tum potius ab instanti urbis et gentis excidio precidisse. Hec phrasa notat ejus qui positus est in artus, et quibus eluctari nequit, extremum angorem et desperationem. Sic Job, cap. xix, vers. 8: « Semilam, ait, meam circumsepsit, et transire non possum (2). »

10. URUS INSIDIAS FACTUS EST MIHI. — Deum justè sevientem in se et Iudeos, vocat ursum et leonem; quia Deo tribuit, quod hostes quasi ursi et leones, Jeremias insidiantes et invadentes, Deo

(2) C. B. Michaelis allegoricas hasce phrases sumptuas observat a venatoribus, aut ursis leonibus, qui vel intra angustos ac circumscriptos strinque trahunt, unde evadere non possunt, feras concludunt, vel per devia ac perplexa agitant, ut nesciant quo vadant.

permittente, fecerunt, quibus ipse fuit quasi scopus, in quem ipsi omnes sagittas conicerunt. Ita Rupertus, q. d. Deus, qui mihi ante erat pater et protector, jam in Chaldeis factus est mihi ursus et leo. In ursu notatur savit Janandi et devorandi; in leone etiam invictus animus, terror et fortitudo. Unde Scriptura haec duo animalia sole jungere, cum hyperbolam cladem significat, ut Proverb. cap. xviii, 12; *Osee*, cap. xii, 8; *Amen*, cap. v, 19.

Nota: Loquitur hic Jeremias nomine, non tantum suo sed et patria et ciuitate suorum; quibus ipse datus erat pastor, propheta et preecep. Unde de Hierosolyma haec explicant Theodoreus, Chaldeus et alii, q. d. Chaldei, quasi ursi et leones, Hierosolyma insidiati, eam ceperunt, vastarunt, et in eam quasi scopum omnia tuta jaculati sunt.

Secundo, aliqui per ursum accipiunt Nabuchodonosorem, per leonem Titum. Gravium enim et savium fuit exsudum illatum Iudeis a Tito et Romanis, quam a Chaldeis. Verum omnia haec proprie spectant ad excidium Chaldeorum: ultioriter tamen aies Propheta, vel Spiritus Sancti, haec omnia dixerit ad excidium Romanorum. Sic ut ergo Iudeis ursus et leo fuit Nabuchodonosor, ita fuit et Titus.

11. SENITAS MEAS SUBVERTIT. — Recte: hoc enim significat hebrei *כָּרֹר sover*, quod a *סִיר* sur, id est recessit, geminata littera resch descendit, et significat, declinavit, recederat, evertit, subvertit (1). q. d. Sicut ursus et leo hominem in semita aggredientes eum supplantant, subvertunt, occidunt: ita et Deus me Jeremiam volentem per semitas oculas ex Hierosolyma effugerat, per Phassur et Iudeos comprehendit, subvertit, et in carcere destruit: pari modo populum meum, puta Iudeos, ex Hierosolyma capti fugientes per semitas horrorum regitorum, a Chaldeis comprehendit, subvertit, et occidit aut captivari fecit. Unde explicans, subdit: « Confringit me. »

Secundo, « semitas, » id est actiones meas omnes subvertit, id est in aliun exitum, quam in quem ego intendebam, declinavit; fecit ut omnia mala succederent. Ita Maldonatus.

Tertia, Chaldeus *sover a יְהֹוָה sir*, id est spinæ, deducens, verit: *Spinis septis semitas meas*, ut si progreedi velim, in spinas incurram, hisque puniatur et cunctentur.

Confer: *vt me*, — q. d. Totum me a capite

(1) Id est, inquit Rosenmüller, fecit ut mihi deficiant; id vero fit vel mobilitate soi in præcepta delinquenti, vel flosca aut aggeribus, quibus via intercipitur, flaque invia, vel diversicorda tortuosa eam ignorabilem redditibus. Otto signare putat: *Fecit ut aliquis a via desinaret, deduxit aliquid in a via*. Metaphoram a leone et ursi pettam (vers. 16) hoc commentator articulatur: « Dicit, inquit, omnino potest bestia aliquem a via seducere, si clamore suo illam ita reddat attentionem, qd de via recta decedat. » Hanc interpretationem quam haec commendabiliter canst Rosenmüller, haud tam in leví habendum existinamus.

ad talos, a cute ad ossa concurrit, conquassavit, contrivit.

POSUIT ME DESOLATAM. — Ita et Septuaginta, *me*, id scilicet Jerusalim; vel potius animam Jeremie: unde hebreice est masculine *שׁוֹבֵד scōmem*, id est desolatum me posuit.

12. TE TENDIT ARCU MINE, — id est omnium malorum telis objectus fui, omnibus ærumnis, quasi jaeculis suis confixit me Deus.

POSUIT ME QUASI SIGNUM AD SAGITTAM, — posuit me scopum in quem ipse et omnes sua tela colligunt, ut eum configant. Pro signum hebreice est *מְטֻבָּר mattara*, que vox non tantum signum significat, sed et custodiā, id est carcere; quasi in eo Jeremias defixus sit instar scopi, ut sagittis configeretur. Ille Arabicus Antiochenus verit: *Fecit me obstaculum (Alexandrinus adversum) sagitta sua.*

Legimus de exercitatis et peritis sagittaris, quod quilibet ictu scopum configerent. Tales fuerunt olim incole insularum Balearum, qui pueros suos ita in arte jacuundi exercabant, ut cibum eis non darent, nisi prius eum sagitta confixissent: et Benjaminita, qui etiam pilum jacuendo tangebant, *Judic. xx., 16.* Celebrat Alcon Cretensis sagittaria, qui, cum vidisset filium Phalarum a serpente circumplexum, adeo certo ictu serpem percutiuit, ut filii corpus non tangerebant. Deo Virgilius, *eleg. 5:*

Aut laudes Alconi habes, aut jurga Codri.

Domitianus imperator, teste Suetoni, quarumcum ferarum capitâ ita directe sagitta feriebat, ut duobus ictibus quasi duo cornua efficeret; quandoque in pueri procu stantis, preuentisque pro scopo disparsata dexteram, sagitta tanta arte libravit, ut omnia digitorum intervalla diligenter intacta configerent. Simile est quod faciunt malleatores aeris Dionandi, qui inter duos pollices locum malleo percutient ostendunt et presentent, quem percussores ita certo et continuo ictu ferunt, ut ab hominum memoria in tanto numero vir illius inventus sit qui errari, et pollicem tenentis as tigerrit et lesserit. Parthi fugient Virgilio et Lucano :

Fidentem fuga Parthum versusque sagitta.

Et :

Oeyor et missa Parthus post tergo sagitta.

Multo magis Deus certo scopum quem vult attingit et ferit, quemque vult mortificare directe tangit in eo quod amat et concupiscit, illudque admittit, vel in eo cruciat. Ita Jacob nimis amans cum Joseph mortificavit, permittingo Joseph vendi et abducere. Ita Davidem in Absalone, Abramum in Isaci immolatione, Iuli in filiis afflitio.

13. MISIT IN RENIBUS (id est in teneram carnem

et corpus meum : est *sagittae* FILIA PHARETRA. — id est sagitta quae in pharetra, quasi filia in matre utero continetur. Sic Horatius, *ode* 22, lib. II, vocat : « Pharetram gravidam sagitam. » Nomine *pharetra* significat dei providentiam, judicium, vindictam, ex qua emitit tela, id est flagella, « in renes », id est concupiscentias et desideria mea, intimo ex quo ac *terribilissima* (tales enim in homine sunt renes), quia omnia vols et voluntatis meas contraria facit; non ut me perdat, sed ut corrigit, erudit, perficiat. Ita Origenes et Rabanus. Hinc Arabicus Alexandrinus verit: *Injust sagittam suam in renes meos*; Antiochensis: *Ingressus est jam in renes meos sagitta ejus*.

Sextudo, nominat renes, ut significat maximum dolorem; hic enim in renibus maxime sentiri solet. Quocirca rones in arceno sermone sunt quasi sedes corruptionis castigatioque divinae, iuxta illud *Psalm. xxv. 2*: « Ure renes meos; » et *Jerom. xii. 2*: « Prope es tu ori seruum; et longa a renibus earum. » Unde *Psalm. xv. 7*, dicitur: « Usque ad noctem iniquiperuerunt me renes mei; et *Job. xvi. 14*: « Convulserunt, ait, lumbos meos (qui sunt sedes renum), et effudit in terram viscera mea. » *Pharetra* dei, inquit Rabanus, est occultum dei judicium vel consilium: sagittatum vero de pharetra ejus; quando de occulto judicij consilio apertam sententiam emitit: quod enim flagellatur, quisque agnoscimus; sed ex qua causa flagellum veniat ignoramus. Cum vero post flagella, vita correxit sequitur, aut non sequitur, consili ratio aperitur: aliquos enim ferendo corrigit et emendat, aliis duriores reddit, ut justus dannet, ut *Pharaonem*. »

Moraliter, dicit hoc cum Jeremias Christus in cruce, S. Sebastianus et quilibet christianus: « Tenebit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam; misit in renibus meis filias pharetræ sue. » Sic enim Christus « posuit est in signum, cui contradicetur», et in scopum de quo configidit Iudei et Gentiles certarunt, *Lucus* vii, 34. Sic *Job*, cap. xvi, 13: « Ego, inquit, illi quondam opulentis repente confitit sum, ope, posuit me quasi in signum: circumdedit me lancea suis; » et S. Paulus, 1 *Thessal.* m: « Nemo, inquit, moveretur tribulationibus istis: ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus, » quasi scopus, ut jaculis trahemur. 4dem i *Corinth. iv. 2*: « Spectaculum, inquit, facti sumus mundo, angelis et hominibus, etc.: usque in hanc horam et esuriam, et sitiens, et nudi sumus, et colaphis edimur, etc.: tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque ad hunc; » et II *Corinth. xi. 24*: « laboribus, inquit, plurimi, in carcerebus abundantes, in plagiis supra modum, in moribus frequenter, » etc. Primum ergo: sunt fidelis, quod tota vita boni christiani est in cruce, vel interna vel externa, vel immissa, vel sponte assumpta; hancque quotidie expectare et optare debet: quotidie enim vel a Deo, vel a

demone, vel a carne, vel ab amiciis, vel ab iniuris, vel a maleficiis linguis sagitta aliqua configetur. Sic morbi sunt sagittae dei. Sagitta in peccatis est calculus, sagitta in latere est plenitas, sagitta in oculo est cataractus, sagitta in capite est vertigo, sagitta in stomacho est cruditas; sagittae in aure sunt convicia et maledicta; sagittae in anima sunt mortis superbicie, irae, libidine, etc., quos suscitat demus; sagittae in longo sunt damna opum et fortunaram. Ita Fredericus III imperator audiens ab improbis multa in sa maloedieta factari, ad proceros suos conversus: « An nescitis, inquit, principes quasi signum ad sagittas expositos? torres enim praecellit fulgurant, humilia tecta prætercent. »

Secundo, sciat sagittas haec undescimus venientes esse sagittas Domini, id est providentiae amoris ejus erga nos; non signa odii, non tamen malevolentie. Sagittat ergo nos Deus primus, ut responsum recräntibus et superbos sterat, subiectat; sic sagittavit Paulum, cum cum præstravat et convertit. *Secundo*, ut peccata predierat *Secunda* castiget et expiat; haec sagittavit hic jeremianus et Iudeos. *Tertio*, ut concupiscentias in carne nostra *Tertia* occidat; sic luxuriosos sagittat morbus, inquit cum concupiscentis certare easque vincere doceat. *Quarto*, ut hominem ad perfectam patientiam, id est sanctitudinem et perfectionem, perducat. « Patientia enim opus perfectum habet, » inquit S. Jacobus cap. i, 4: sic sagittavit *Job*. *Quinto*, ut hominem Christo similem et vicuum efficiat. Statuit enim Deus suam virtutem et gloriam in hoc mundo ostendere in forti sanctorum patientia: unde vieniens in mundum non alium sibi locum elegit, quam in cruce. Vix ergo inventus Deum? quare crucem. In cruce es, gaude: Deum enim tecum habes, ipse enim ait: « Cum ipso sum in tribulationibus, eripiam eum, et glorificabo eum. » Ita, cum S. Antonius post aevum lucratum cum demonibus regaret Christum: « Ubi eras, bone Jesu, ubi eras? » respondit illi Dominus Antonius, hic eram, sed exceptabam videre eum tamen tuum. » *Sexto*, ut hominem a terris consideret et cogitationibus ad celestia transferat, ex quo precepit.

Septimo, sciat christianus quod quotidie se offerre debet cruci, et stare constanter, quasi signum ad sagittam; imo quotidie aliquam orationem ad Deo patere, ut faciebat S. Xaverius, qui in ardore laboribus, persecutionibus et rerum visorabat Deum ut se iis non liberaret, nisi majoreret immitteret: generosi enim animi est cum S. Paulus gloriar in cruce. Ergo, ut adversa qualibet adversitas, coquitemus nos hie a Deo positos et quasi signum ad cogitatum, ac resolvamus constanti animo nos omnes Dei sagittas exceptures; Ideoque mentem per cogitationem, spem et amorem in celo et Deo deligamus: qui enim in exito cum Beatis versatur, omnia huc infima bona et mala, quasi minima et nullius momenti, des-

picit. Quare animum a terra et a corpore ad angelos transferamus; conversatio nostra sit in celis. Corpore tantum degamus in terra, ut sagitta hec solum corpus feriat, non animum. Animam hie instar angelorum in corpore assumptio versetur: angelus enim nulla bona vel mala corporis assumpti sentit, quia angelus est a corpore sejunctus, et in celo habitans. Ita faciat et anima sancta: cum enim hoc fecerit, et per resignationem ac patientiam cruce superior evaserit, nullam crux sentiet, et sapientia liberabitur. Ideo enim Deus crucem immittit, ut ad patientiam et victoriam nos perducat, qua pars bellum omne et erucem subducet.

Tertio, Maldomatus: *Confregit lapide dentes meos*, id est, inquit, maximum mihi dolorum fecit, ac si lapide contrivisset mihi dentes, eosque instar areos communisset et pulverizasset, ait H. Pinthus.

Quarto, alli: *L-pide*, inquit, id est calculeo decrutorio et condemnatorio, ad mortem damnavit omnes dentes, id est omnia membra mea. Olim enim iudices, calculis in urnam jacitos, feabant sententiam, condemnationem, si atrum calculum jacerent; absolutionis, si candidum. Primus sensus est plainissimus.

Allegorice dentes sunt Apostoli, qui contracti sunt, cum fugerent in passione Christi.

Tropologice: Dentis, inquit Rabanus, sunt predictaciones, qui populo, vel interno sensus, qui anime cibis verbi Dei præmandunt et dissecant, atque aliena praesident. Si premansores hi edent sint, vel dentes habent obstupescentes; putis si sint imperfecti, aut in terra terrena bonis defici, famem sentient totum corpus, id est totus populus et tota anima.

Cibavit me cinere, — prostravit me, ut humiliabat in cinere, cum eo panem meum misceret debeat. Sic ait David, *Psalm. cx. 10*: « Quia ei nomen tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam. »

Nota: *Pro replorit*, hebraice *בְּשׁוֹבֵב הַיְמִינָה hisbani*, id est saturavit me, ut vertunt Septuaginta, *amaritudine*, quasi myrra. Myrra enim hebraice vocatur *מִרְאָה mor*: inde hebraica *מִרְאָה mor et mora*, ac latinitum *myrra et amaritudo*. Myrra enim amaritatis inter amara primas tenet: unde si comedatur, laerymas cief, ventremque et totum hominem amarit. Hinc doloris et abicitatis est symbolum, ut significat hoc ejus amigina:

De lacrymis, et pro lacrymis meo capitulo origo.
Ex oculis duxi, sed punc ex arbore mazor.
Latet honor frondis, tristis autem imago doloris.

Hinc sponsa in *Cantic. cap. i, 12*: « Fasciculus myrræ dilectus meus nubil. » Et cap. iv, 6: « Vadam ad montem myrræ, et ad collem thuris. » Tali fuit mons Calvariae Christo crucifixus, ejusque sponse. Et cap. v, 3: « Manus mea stilaverunt myrram, et digilli mei pleni myrra probassimma. »

16. FREGIT AD NUMERUM DENTES MEOS. — Hebraice est: *Freget dentes meos in calculo*, vel ad calculum, quo scilicet rationes et numeri subveniuntur: « ad numerum » ergo, id est ordine et sigillatum quemque designando: hoc enim est hebraicum *תְּצִחָצָס*: unde dicitur *תְּצִחָצָס*, id est sagitta, puma una post aliun ordinis emittitur, q. d. Ad eum omnes dentes meos fregit, dum videlicet cœlos sive lapillos parvi meo miserit, quos in mordere, confingo dentes meos. Unde

Secundo, ali passim cum Chaldeo et Septuaginta vertunt: *Confregit lapide dentes meos*. Mixta re ipsa fuerunt in carcere lapilli panibus Jeremie, qui attriverunt dentes illius, idque vel ex malitia Iudeorum, vel potius ex fame et permuta: sic enim dum pauperes sub cinere coquunt panes, multum pulveris et lapillorum eis

Moraliter cibat se cinere, qui sepe de morte cogitat illudque recolit: « Cinx es, et in cinerem reverteris, » *Genes. iii, 19*. *Secundo*, qui memor est sue vilitatis, illudque ruminat: « Quid superbit terra et cimis? » *Ecclesi. x. Tertio*, qui cum S. Job, cap. xlii, « penitentiam agit in favilla et carcere, » ita S. Franciscus, teste S. Bonaventura, penitentia causa, et ut gulam ac sensualiter mortificaret, panem suum aspergebat cinere, ut eum redderet insipidum. Idem fecit S. Jacobinus. S. Franciscus asseca, qui hunc modum vinceret di gulam tradebat: si quis cinere, absinthio, aliave

amara vel insipida re cibos et p[ro]p[ri]os faceret insipidos: immo ipse tentatus appetui carnis, ut eum vinceret, carnem emit, eamque putrescere permisit, putidamque quotidie ror admovebat. « Cibavit ergo me cincire, » q. d. A gustu et cunctis meis sensibus abstulit omnium saporem, omnem defecationem et consolacionem: nec tantum a sensibus, sed et ab omnibus facultatibus et potestis anima mea: hoc enim est quod sequitur:

17. REPULSA EST A PACE ANIMA MEA. — Ita legunt Romana, Hebreia et Septuaginta. Paem vocat quietem, prosperitatem et gaudium; unde sequitur: « Oblitus sum honorum, » scilicet felicitatis pristine, q. d. Anima mea caret omni solita tranquillitate, letitia et felicitate. Tanta enim malorum omnium congeries me ita obvaldat et penetrat, ut omnem presterite latitiae, et honorum memoriam mihi excutiat. Dicant hoc dannati, qui tormentis repulsi sunt a pace et a Deo, qui est omne bonum: ubi honorum quae hic habuerunt, non reminiscuntur amplius. Sic Epuloni referat Abraham memoriam honorum, quae in vita haberat: « Fili, recordare quia recipisti bona in vita tua, » *Lxx. xv.*, quia preteritarum delitiarum non recordabatur; sicut Beati in celo oblitii sunt laborum quos hic sustinuerunt, S. Laurentius sue eraticeule, S. Stephanus lapidum, S. Catharina rote, S. Sebastianus sagittarum, aliique martyrum suorum tormentorum jam quasi non recordantur. Unde, *Job. xi, 16*, dicitur: « Misericordia quoque oblivia, et quasi aquarum que preterierunt non recordaberis, et quasi meridianus fulgor consurgit tibi ad vesperam, et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer? » Cum sancti videbant consumpti a tyrannis, orbantur ut splendentes stelle in celo. Sicut aqua fluminum jam delapse non retrocedunt ut recurrent, sed ad mare pergunt: sic illa miseria jam elapsa ad Beatos non recurrent, ut dicunt *Apoc. xxi*: « Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor: quia prima abiuerunt. » Hinc Christus resurgens, audiens duos discipulos de sua morte loquientes: « Tu solus peregrinus es in Ierusalem, et non cognovisti quo facta sunt in illa his diebus? » ait quia: quasi oblitus tormentorum omnium que biduo ante sustinuerat. Sancti ergo cum Christi dicunt illud Josephi, *Genes. xli*: « Oblivisci me fecit Deus laborum meorum. » Sicut ergo Beati malorum, sic dannati honorum hujus secundi penitus oblivia sunt. Vere Sapiens, *Ecclesi. cap. xi, 19*: « Malitia, inquit, unius horae oblivionem facit luxurie magiae; » nimur acerbitas et angustia horae mortis, omnium deliciarum transactarum memoriam abolet. Dum ergo es in deliciis, memento finis: innocentib[us] tibi illa damnatorum voces, *Sapient. v, 8*: « Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, » etc.

18. PERIT FINIS MEUS. — Hebraice est *נִסְתַּרְתָּ*

Mystica tamen haec verba adaptari possunt:

ostra luenti, quasi ipse in cruce victimam, sclera cuiusque fidelis anima dependens, dicit ei: Recordare paupertatis (nuditatis) et transgressions mee, absinthii et fellis, » quo pro te potatus sum. Cui mens p[ro]la vicario amore et compunctione transfixa occurrit, dicatque: « Memoria memor ero (tunc erga me charitatis), et tabescet in me anima mea. » Christi enim patientis personam hic susinet et representat Jeremias.

ABSINTHII ET FELLIS. — id est amarissime afflictionis, ut dixi vers. 3 et 13.

20. MEMORIA MEMOR ERO, — q. d. dum ex vehementi et acerbo sensu calamitatis meen, et populi moi, assiduam eam mente volo et memor, tabescit et instar cere liqueficit et fatiscit anima mea. Ita Theodoreus et Rupertus. Secundus Hugo et S. Thomas exponunt sic: dum recordor beneficiorum Dei, tabesco et liqueficio. Tertius, Rabanus, Lyrinus et Dionysius sic: Dum recordor peccatorum propter quae ita acerbe punio, tabesco. Quarto, ali si: Dum recordor et recolo haec via: primo, infirmitatem meam; secundo, lapsum meum; tertio, ire Dei flagella; tunc mens mea pudore et compunctione quasi tabescit; ideo sperabo: « quia cor contritum non despiciit Deus. Primus sensus uti simpliciter, et magis cum praecedentibus connexus, ita et germanior est; incepit enim hic Jeremias ex tribulatione sua se ergo, seque excitare ad spem et fiduciam mellorū.

Moraliter, disse hic quantum bonum sit jugis dei suique memoria. Haec enim omnium honorum est causa, sicut oblitio omnium malorum. Hinc iterum Moses incalcat Hebreis: « Recordaris Domini Dei tui, » *Deuter. viii, 2, 18*, etc. Si Anna recordante et invocante dominum, quasi merces abdicitur: « Recordardis est ejus Dominus, » ut conciperet et pararet Samuelum, *I Reg. i, 19*. Si Esther memorante et orante dominum, dicitur cap. x, 12: « Recordatus est dominus populi sui, ac miserus est hereditatis sue, » ut per eam liberaret Iudeos nisi destinatos ab Aman. Ex adverso Iesu Damasco exciditum et desolationem intensat, cap. xvii, 10: « Quia, inquit, oblitus es dei salvatoris tui, et fortis adjutoris tuus non es recordatus. » Et Ezechiel Hierosolyma, cap. xxiii, 35: « Quia, inquit, oblitus es mei, et projecisti me post corpus tuum, tu quoque porta secus tuum. » Et Osee, cap. i, 6, jubetur filie sue impone nomen: « Absque misericordia: Quia, inquit, non aida ultra misericordia domini Israel, sed oblitio eius obliviscar eorum, » qui oblitii sunt mei. Et cap. iv, 6: « Oblitus es legis dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego. » Quocirca sancti et sapientes suos eaverunt oblitioem dei, ac in jugi dei memoria, cogitatione, invocatione, amore et laude se exercerunt. Hinc Henoch ambulavit cum deo, *Genes. v, 24*, uti et Noe, *Genes. vi, 9*. Tobias moriturus aureum filio dedit praecep-

TABESSET IN ME ANIMA MEA. — Septuaginta: *Confabulationis meae anima mea; Symmachus: Serum colloquetur; Pseudo: Incurvabitur, humiliabitur; Vatablus: Lamentabitur anima mea, scilicet se et suas seruimus, ut pene tabescat et deficiat. Ita Theodoreus et Rupertus.*

21. ILLUC RECOLENS, — scilicet tot arrumas (earumque assiduum memoriam, indeque animi dolore et contritionem), quibus videor satisfacta delictis meis, et Deo, de quibus praecessit: simus etiam recolens argumenta et motiva ad spem efficacissimam, que hic subiungo vers. 22. et sequent: hec, inquam, recolens, autimum pene collapsum resumo: *Deus enim cor contributum despiceret, et pristine sua in me populunque sumum elementis oblivisci nequit. Est enim illa, que ut ipse, immensa et intermina.*

IODE SPERATO. — Ita legendum cum Romanis, Iudeo et Chaldaeo: male ergo quidam legunt, *in Deo sperabo.* Sic Christus suum fel et dolores recolit, et commemorat coram Patre, eosque illi offert, ut fructum in nobis assequatur.

22. MISERICORDIA DOMINI, — scilicet sunt in causa quod non sumus plane ob peccata consumpti, q. d. Nonquam da sevit ira Dei, ut non temperaret misericordia, ad quam configere licet. Chaldeus, Pagninus et alii verunt: *Misericordia Domini sicut tanta quod non deficiunt, q. d. Immense Dei misericordia et miserationibus trahendum est, quod eius elementis tot peccatis nostris irritata, famen non deficit, nos cessest nos exceptare, nobis benefacere, et nostri misereri: putant enim ipsi **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל** tannu positum esse pro **תְּמִימָה.***

Tropologice dicat jugiter anima peccatores cum S. Maria Egyptiaca: *Misericordie Domini quia non sumus consumpti.* Et cum Isaia ac S. Paulus Rom. ix, 23: *Nisi Dominus sabaoth reliquerit nobis semet, sicut Sodoma facti essemus, et si cut Gomorrah similes fuissemos.*

23. NOVI DILUCULO. — Id est, a puerita fui illustratus tua cogitatione. Ita Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyranus. Sed nota: *ts novi non est pretermittit uosq., sed est nomen plurale a novis.* Id ita esse patet ex Hebreo **וְעַתָּה** *etiam sic, et ex Septuaginta, Pagnino, Vatablo et aliis, qui verunt: Novus quotidie apparet in nos misericordiae tuae;* et Chaldeus qui vertit: *Miracula sua deposita diluculo;* et Syrus: *In nocte (innovatione) dilucali multa est mes tua;* et Arabicus: *Fides tua, Domine, multa est, et nos speramus quod respicies nos, ut ortus matutinus repeate.* Et sic quidam Latinii codices, teste Francisco Luca, legunt hunc *novem*, sed Romani legunt *novi*: retinet enim genus masculinum quod est in Hebreo *chadashim*. Ergo *novi*, supple *dies*, quotidie clari et leti ex tunarum affluencia misericordiarum illecentur nobis: vel *novi*, scilicet effectus misericordiae tuae apparent in dies, q. d. Adeo non deficiunt misericordiae tuae, ut quotidie novas recipianus, et nove quo-

tidie ipso summo usane celeriter nobis proviniant; nam cum sole, uno ante solem in ipsa aurota, in dies nova e celo in homines beneficia, quae magna, depluant.

Praelore S. Bernardus in *Melilot.* cap. vi: *Si eni, inquit, nullum est momentum, quo homo non utatur vel fruatur Dei bonitate et misericordia; si nullum debet esse momentum, quo cum presentem non habeat in mente.*

Pro diluculo hebreo est בְּנֵי יִשְׂרָאֵל labecarim, id est singulis matutinis, sive quilibet mane: mane sive diluculum significat celeritatem et astutitatem misericordi et beneficiandi in Deo. Legimus in Vita B. Mechtilde virginis admirande, eam aliquando audivisse sanctos sibi dientes: *«Eia, quam felices vos estis qui adhuc vivitis in terris, et quam multa promiseri potestis: quia si homo sciret quanta iam die promerteri posset, mox ut et sonno vigilaret, tanto gaudio cor ejus dilataretur, pro eo quod dies illa luxuriet, in qua Deo vivere, et ex Dei gratia suum meritum ad Dei laudem augere posset, quod tot die ad omnia quae agere aut pati deberet, alacrior et fortior redderetur.» Refert hoc B. Blosius, lib. IV *Spiritualis gratia*, cap. iv, et alii. Hoc ergo est novum beneficium (unum et multis) quotidie diluculo cogitandum, atque tune Deus simul se insimat, et alias pias cogitationes et impulsus mentis immitti, quibus homo de vita hujus brevitate, et alterius aeternitate, de virtutum dignitate, et vii formarum turpitudine ac damnis cogitans exiret se, ut illo die contra vitia sua strenue dimicet, et in virtutibus valide crescet et proficiat. Ultimam omnes hosce sanctos Dei salus et inspirationes maxime experient, ad easque se disponere per pias cogitationes, et per meditationem, quae vites sancte fulcrum est et basis! Mane enim mens aquae ac caput maxima serena est, vigil et aer, adeoque aptissima ad alta et divina cogitandum et meditandum, atque Dei salus et instinctus sanctos recipiendos et ruminandos. Vedit hoc per umbram gentilis Pythagoras, inter eajus aurea documenta et carmina hoc recenset Hierocles ejus discipulus:*

Ante precatus

Numio, opus facio.

Tertio, aliqui cum nonnullis codicibus Septuaginta pro *chadascim*, legunt **וְעַתָּה chadascim**, id est mens in *matutinis*, ut sensus sit, q. d. *Novus* quique mens renovatur instar mane, vel ut diluculum; renovatur, inquam, tuis misericordiis quas illo mense novas nobis pristas, ideoque primo die mensis cuiusque celebramus diem festum Neomenium, id est novi mensis, ut nova pre novo mense a Deo beneficia possancus. Idem factum Christiani prima Dominica mensis.

Allegorice S. Hieronymus, vel potius Rabanus, haec referit ad tempus primitive Ecclesie: hoc enim Ecclesie fuit quasi aurora et diluculum: «*Louglitur, inquit, Propheta ad primutivam Ecclesiam in*

Jerusalem, laudans speciem ejus; quae post diluculum resurrectionis Christi veterem hominem vnu, novi hominis pulchritudinem orta secundabat, » q. d. « *Bilucus, id est in resurrectione Christi, existent novi homines, id est per rationem renovati, qui novos mores, novam vitam per se ferent.*

Multa est fides tua. — **Primo**, aliqui *ts tua passa* eis capiunt, ut *« fides tua idem sit, quod fides et fiducia nostra quam in te habemus, q. d. Ex te novis misericordiis quas in dies experimur, tuis nostra in te augur, ut magis in te credimus, confidamus, omniam nostra tibi committemus, aiunt Theodoretus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, id enim utilissimum et utissimum esse discimus per experientiam: Deus enim in se confidentes, et recubentes in sua providentia, per omnes actiones, passiones et difficultates dirigit et secundat, deducitque velut ovam Joseph; ut dicant cum Davide: « Dominus regit me (hebraice, *Dominus est pastor meus*), et nihil mihi derit, » etc.*

Secundo et melius, Lyranus, Dionysius et Vatablus sic explicant: *Multa est fides, id est fidelitas et veritas tua, Domine, quia fidelis implis quod promisisti, unde non mirum, si quotidie novas misericordias a te experiamur: has enim exhaustare nequeunt peccata nostra, cum ipse illa longe superent et antevertant.*

Tertio, alli utrumque jungunt, q. d. *Magnum est in te credere, quia nunquam fallis in eo quod promisisti, sed semper illud adimplis; ac nominatum id quod promisisti Davidi, Psalm. lxxxviii, dicens: « Si autem dereliquerint filii eus legem meam, etc., visitabo in virga iniquitates eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo, » illa enim est immensa, a longe major peccatis nostris; quoniam proinde ut in hac castigatione nostra re ipsa ostendas, oramus et obseruamus.*

24. PARIS MEA DOMINES, — id est sors mea hereditaria, hereditas mea, et omni bonum meum est Dominus; unde Rupertus sic explicat, q. d. Alii solliciti sint et turbantur circa plurima, venientia opes et honores: mihi, ait Jeremias, cui dictum est cap. xvi, 2: «Non accipies uxorem, nec erunt tibi filii et filiae, » unum est necessarium, videlicet Dominus, quem rejecta omnium terrenorum sollicitudine, solum expectabam. Sie ait David, Psalms. xv, 5: « Dominus pars hereditatis mea, et caeli mei: tu es, qui restitus hereditatem meam mihi: » et Psalm. lxxii, 23: « Quid enim mihi est in celo? et a te quid volui super terram? » Sane ne hilum quidem: « Deficit caro mea, et cor meum: Deus cordis mei (anima et centrum), et pars mea Deus in sertum. » Sie S. Paulinus, ait S. Augustinus, captus a Wandalis aiebat: « Domine, non excluder proper aurum et argenteum: ubi enim omnia mea sint seis, scilicet « tu es pars mea, et portio mea in terra viventium; » et S. Franciscus: « Deus meus et omnia. »

ANDE QUARENTI ILLUM. — S. Bernardus in *Psalm. xc*, serm. 9, nota, « quod sperantes in eo plura liter dixerit, quod hoc videatur commune multo-

Vos mihi manes

Primum.

Novem
fructus
spat
tulerit
tua.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Sexta.</

rum : querentem vero eum singulariter, quod singularis sui puritatis, singularis gratia, singularis perfectionis, non modo nil sperare nisi ab eo, sed nihil querere nisi cum. *

26. **BONUM** (utile, que ac honestum) **EST PRESTOLARI CUM SILENTIO**, — sine murmuro, sine querela et turbato animo, tranquille, facite et pacienter submittete se tribulationi a Deo immissa, et expectate « salutem », id est salutem, ut habent Septuaginta, et liberationem, ad verbum est, **bonum est, et silent;** quod Hebrei exponunt, q. d. bene facit homo si expectet et faciat; nam, ut ait S. Bernardus, *epist. 341* : « Enervat animam consolatio presentium, roboret expectatio futurorum. » Sic canit David *Psalm. LXI*, 1 : « Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse Deus meus, et salutaris (saluator) meus : suscepit meus, non movebor amplius. » Et Moyses ad Hebreos trepidantes ob adventum Pharaonum cum copiis, *Exod. XIV*, 14 : « Dominus, inquit, pugnabit pro vobis, et vos tacebitis. » Idem monet Isaías cœdens, cap. XXX, 13 : « In silentio et spe erit fortitudo vestra. »

Moraliter, dice hic silentium essa matrem compunctionis, devotionis et tolerantie. Unde Climachus, *gradu 4* : Studiosus, inquit, silentius appropiat Deo, ipsique jugiter in abdito cordis assistens illustratur ab eo. » Thalassius : « Silentium purificat mentem et perspicaciam reddit : custodit cor. » S. Franciscus : « Silentium elefacit eorū amore Dei. » Alius : « Silentium mater est sapientissimum cogitationum. » Merito ergo Germon Cancellarius Parisiensis, tom. II, in response ad IV, *Ques. XCII*, concil. 3 : « Religionem, inquit, fundatores considerantes multiplex in lingua vito pendere animo periculum, sanxerunt providissime pro summo remedio, iuge pro loco et tempore suis sequibus silentium, certas penas in robustarum sanczionum contra transgressores adiuentes. Et claram est experientia docente, quod ubi hec censura silentii servatur artius, ibi religio viget laudabilis et perfectius. » Turrecremata, tract. LVII in cap. vi *Regul.* S. Benedicti, decem rationes et fructus silentii assignat. *Prima* est, quia per illud vitantur peccata quae a loquacitate oriuntur. *Aureum* est dogma S. Bernardi, tract. *De Perfect.* : « Bis ad illum veniant verba, quam semel ad linguam : » illum est silentium. *Vera* enim S. Augustinus, *epist. 7 ad Marcell.* : « Quamvis, ait, Tullius (ut scriberit) nullum verbum emiserit unquam, quod revocare vellit: hec tamen laus credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. » *Secunda*, vitantur scandala dimensionum, et pericula, in que loquaces incurrit; unde illud vetus proverbium : « Silenti tuitum primum. » *Tertia*, quia convenient statui discipulorum silere, quales sunt religiosi, qui exercentur assidue in schola virtutum. *Quarta*, facit ad hominem perfectionem : unde Apollonius Thyaneus cum tacere nesciret, Pytha-

goricum et quinquennale sibi indixit silentium a deo permisaciter, ut imperatori interroganti non ~~reponit~~, sed scripto responderet. *Quinta*, operatur ~~ad~~ veritatem religionis, quae sine silentio vana reputatur. *Sexta*, roboret hominem, cum portam se obstruerit hostibus. *Septima*, adjuvat pacem sociatis, quae in collegis et clausis maxime necessaria est. *Octava*, preparat ad contemplationem et collectionem cum Deo. *Nona*, conservat fervorem devotionis. *Decima*, signum est sapientis et prudentiae viri. Unde Senecca : « Summa, aut, summarum hec erit tibi, tardiloquentem te esse jubeo; » et Euripiades : « Decorum silentium corona est viri; » et Climachus : « Dum, inquit, sub magistris manu sumus, silentio supremo, ignorantiam semper pretendentes, nos ipsos assuefactum: vivere tacitus philosophus filius plurimam scientiam semper possidet. » Nam, ut idem ait, *gradu 41*, « taciturnitas in cogitatione est mater orationis, capillitatis revocatio, ignis divini amoris observatio, cogitationum diligens inspectio, specula hostium, carcer luctus, laetacrymarum amica, memoria mortis operatrix, suppliciorum pictor, iudicii indagatrix, sagax mororis subministratrix, inimica fiducie, quietis conjux, ambitiose doctrinæ adversatrix, scientia adjectio, speculatio opifex, secretus in Deum profectus, oculus asensus. » Hinc Esseni etiam in cœtibus suis, agapis et mensis mirum servabant silentium, teste Josepho lib. II, cap. vii. Porro esseni fuere religiosi ante Christum Iudei, et post Christum christiani effecti. De Tabennesiota idem testatur Cassianus, lib. IV, cap. xv. Plura de silentio dixi *Isiae* XXX, 13, XXXI, 17.

27. **BONUS EST VERO, CUM PORTAVENT JUGUM (Dominum) AB ADOLESCENTIA SUA.** — « Jugum, » scilicet legis et mandatorum Dei, ut Deo obediat, et illius jugo colla submittat; unde Chaldeus verit, *bonum est vīro si docuerit animam suam, ut portet jugum præceptorum Domini a juventute sua.* Ibi Hugo, Dionysius et alii : qui enim hunc jugo legis asseruit, est hic facile in adversis erit patiens, mitis et humilis, *Matth. XI*, 30.

Hinc Plato in dialogo qui dicitur *Euriphron* : « Consentaneum, ait, est primam de ipsis juveniis suscipere, ut quam optimi evadant, sicut debet agricolam novellarum plantarum primam curam gerere. » Et Sapiens, *Prov. XXII* : « Proverbium est : Adolescens juxta viam suam, etiam cum sonuerit, non recedebat ea. » Et *Job* XX, inquit Sophar : « Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentie ejus, et cum eo in pulvere dormient. » Quocirca S. Hieronymus, *epist. 7 ad Lestam de Inst.* plie : « Difficiliter, ait, eradietur, quod ruinas animi peribierint. Lanarium conchylium quis in pristinum candorem revocet? Recens testa diu et saporem retinet et odorem, quo primum imbula est. Greca narrat historiæ Alexandrum orbis domitorum, et in moribus et in incasu, Leonidis pedagogi sui non potuisse carcere vitius, quin-

bus adhuc parvulus fuerat infectus. » Et S. Ambrosius in *Psalm. cxviii*, serm. 19 : « Qui, ait, a juventute jugum portaverit, et habens maturi moderaminis teneriora volens colla subdidicerit, sedebit singulariter remotus a scripto interpellantium passionum, et quietus cibis: cui necesse est jam non jurgari cum corpore, deertere cum variis cupiditatibus, quia nulli jugum verbi anima que querit Deum, quæ captivas sibi fecit omnes delicias juvenitatis. »

Secundo, aptius et germanius, « jugum, » scilicet adversarium quas Deus nobis imponit. Utilissimum enim est, si ab adolescentia sua cum Jerome quis assueverit adversarii, humiliacioni, jugo discipline et correctionis Domini. Tacite horatur Jeremias hie adolescentes Iudeos abductos in Babylonem ad constantiam, quod haec exercitatio eis deinceps utilis futura sit in omnem vitam, ad faciem quorundam laborum et malorum toleranciam, et ad profectum perfectionemque patientie, omnisque discipline et virtutis acquirendam: hoc enim jugo solet Deus juvenes domare, mansuetae, formare, perficere. Rursum Deus solet hoc jugum oleo consolationis, et fructus ingentis lenire et dulcore. Denique sapiens est et generosus ille animus, qui a puero didicit subiecte persistat, vere esse liberum, qui se divino addidit jugo: doletque si quod vita tempus ab hac ingenua Dei servitio et disciplina subdixit. Vult enim per omnia tempora, a puero usque ad senium, ei se subjecere et dedere; idque cum silentio et patientia, ut scilicet Deo illud impudentem non obstat, vel obmurmuret; nec rursum jugum ipsum conetur extere: qui enim id facit, non portat jugum labens, sed trahit invitus, illudque oblitus, ideoque et meritum sibi immunit, et ponam ac dolorem sibi duplicit. Quocirca qui meritum majus, et jugi ministerio dolorem et sensum expedit, dicit cum Michea, cap. VII, vers. 9 : « Iram Domini (id est pemam ab irato Deo mihi inflatum, patienter et liberenter) portabo: quoniam peccavi ei. »

Tertio, alii *beth pro capi* accipiunt, et pro *adolescentia* vertunt *instar adolescentie, sicut adolescentes*, q. d. Bonum est ferre jugum. Domini instar adolescentum et juvenum vegetorum et animalium, qui solent esse laborum et malorum patientissimi. Verum secundus sensus est genuinus. Ex quo moraliter dice utilissimum esse a juventute assuere discipline, mortificationi, austeriori, patientie: sic enim fieri in sanctitate illustris. Ila Christus a suo præsepio copit pauperem et duram agere vitam, ac se parate ad crucem et martyrium. Unde ait : « Pauper sum ego, et in laborebus a juventute mea. » Ita Samson et Samuel a puero vino et siccere abstinerunt, atque consecrati sunt Nazarai. Ita S. Joannes Baptista vix bimulas ivit in eremum, vestitus cibicio, locustis victans, itaque meruit fieri parvynphus

Multum ergo valet educatio puerorum pia: neque ac rotunda et dura: facit enim eos animatos, robustos et tolerantes malorum, id est p. e. naturaliter longevos: cum et contrario educatio molles et delicate eos faciat molles, effeminate, infirmos, debiles, ideoque brevioris vita. Hac de causa videamus in Alpibus ubi summa sunt frigora, parentes suis proles parvulas nudas pene in rupibus tempore gelidissimo exponere, ut ad frigus ferendum assuecant et indurecant. Sane vidi in Alpibus robustissimos viros et feminas, in frigore via vestitos, in aquis gelidis nudipedes incidere et labo-

rare, immo ludere. Ita Spartani suo pueros flagellis exercebant ad tolerantiam laborum et dolorum. Audi Plutarchum in *Lacon*: « Lacedemonia inquit, puer per integrum diem flagellis casus, sepe ad mortem usque apud Diana Orthie aram, lati alacresque tolerant, atque inter se de victoria contant, in eo posita quis diutius magisque perfectat verbera; victoremque summa consequitur gloria. Cartamen illud flagellatio dicitur, et quotannis habetur. » Quid mirum ergo si S. Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis mater, cum eum puerum Parisios ad studia mitteret, duo ei cincia aderit, jussicerit ut his vel ter in hebdomada illa gastret; ac deinde saepius illa et alia illi submisit; tum ut iis juvenilis ardorem et libidinem edomaret, tum ut cruci assucesseret? Unde ipse matris consilia secutae officiis loriceam addidit, tisque mire corpus afflit, ut patet ex *Vita eius*, cap. ix. Plura sanctorum et martyrum qui a puer coepiunt, exempla vide in *Speculo juvenitatis*, quod nuper editil Bernardus Dorhofius.

28. SEDEBIT SOLITARIUS, — id est mestus, pominens, et peccatorum suorum gravitatem, quibus hoc jugum meruit, cum Magdalena meditans et depolorans. Secundo et potius, « sedebit solitarius, » quasi securus, patientis, edomitum iugo Domini, confidens et anxiuum ac liberationem ab hoc tribulationis iugo expectans, non ab homine, sed a Deo. Ita Origenes, Theodoretus, Olympiodorus.

Moraliter, nota hic quae bona pariat solitario solidum. Moses in soliditudo per 40 annos didicit preesse populo, ibique in rubo ardentis vidit dominum. Christus dominus in desertum sese sat max a baptismo, *Matth. iv*. Thebaice soliditudines olim plena erant monachorum turmis virisque sanctissimis. Amantissimus soliditudo fuit S. Hieronymus, ad quam suos charissimos sodales et amicos scriptis literis invitavit. Scribens ad Rusticum: « Mihi, ait, opipidum carcer, soliditudo est paradisus; » et ad Heliodorum: « O desertum Christi floribus vernalis! o solitudo, in qua magni illi nascentes lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni regis edificatur! » et remanens familiarius Deo gaudens! » Celebris est ab Platoni nomen villa Academia, in qua ipse docebat semotus ab urbe Athenarum, teste Laertius. Hesiodus canit se poetam dicuisse a musis, sed in monte Heliconio dum agnos pasceret, nimurum:

Carmica secessum scribens, et otia querunt.

In deserto pasti sunt filii Israel manna per 40 annos, et columnam due confisi iter in terram promissam instituerunt, ibique, non in Egypto, legem a Deo accepunt. S. Bernardus, serm. 40 in *Cant.*: « O sancta, ait, anima, sola esto, ut soli omnium serves te ipsum, quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge et ipsos domesticos, secede ab amicis et intimis, et ab illo qui fibi ministrat. An nescis te verecundum habere spousum, et qui nequaquam suam velit tibi indulgere prae-

sentiam praesentibus ceteris? » *Jeremias*, cap. ix, 2, optat soliditudinem, ut ibi defleat imperfectos conoves. Scut pestis solet grassari in exercitu et hominum frequentia, non in villa et soliditudo: sic et vita hinc optat *Psalm. liv*: « Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam? » Et rursum: « Elongavi fugiens, et pauci in soliditudo. » Est enim eremus manus et antemurale virtutum. Scut difficile est, ait S. Chrysostomus, arborem juxta viam plantatum fructus usque ad maturitatem servare, sic difficile est virum in medio turbarum scutuli innocentiam usque ad finem servare. Naturali calo quo magis inferni hiemis tempore reconditor, eo magis vigeat et concequit; quo vero plus in astate diffunditur, eo magis languet: eadem calor spirituialis, hec est divini amoris, est ratio: quo enī minus ad exteriora diffundit, eo plus in interioribus fervet. Hinc ait S. Bernardus in *epist.*: « Experto credo, aliquid plus inveneris in sylvia quam in libraria. Ligae et lapides docebunt te quod a magistris audiire non possis. » Denique soliditudo non tantum peccandi occasiones anferit, sed et mentem in celum ad Deum sustollit. Hoc est quod ait Dominus, *Ose. ii*: « Ecce ego lactabo eam, et dum eam in soliditudinem: et loquar ad eam. » Et S. Hieronymus, ad *Marcellum*, epist. 45 *De Laudibus Ascela*: « Asella, ait, unius cellulæ clausa angustia, latitudine paradise fruatur. » Et inferiori: « Sponso aut orans loquebatur, aut psallens. Et cum gauderet proposito suo, in eo vehementius exultabat, quod se nullus cognosceret. » Denique memorabile est quod scribit Dionysius Cassius in *Vita Adriani imper.*, de quadam ejus prefecto, qui vocabatur Similis: Prefecturam, inquit, invitius accepit, quam deinde depositum vacatio data: vixitque dimissus, in agro septem annos (quod fuit reliquum vita) in olio et quiete exegit, atque haec moriens sepulcro inscribi iussit: « Similis hic jacet, cuius aetas quidem multorum annorum fuit, septem tamen duntaxat annis vixit. »

Quia LEVAVIT SUPER SE, — scilicet jugum tribulationum Domini, de quo precessit. Ita Theodoretus, Olympiodorus, Vatablus. Hunc sensum exigit nostra versio, ut et Syriaca et Arabica, quare mox citabo. Secundo, Vatablus vertit, *quia levavit*, scilicet Deus, *super ipsum* hoc jugum, q. d. Quia scit afflictus et patiens, Deum sibi hoc jugum imposuisse, cui contrariare nec possumus, nec daremus; hinc patienter id subit, *quia eundem cum voluerit*, illius depositurum et ablaturum credit.

Tertio, Hugo, Rabanus, Rupertus et Lyranus legunt, *quia levanus* = *super se*, scilicet a terrenis ad coelestia, q. d. Seipsum supergessus libravit se a terra et colum, ab infinitate ad robur, a pusillanimitate in animi celitudinem. Alii explicant, *levavit se super se*, id est suum statum transcendens elatus est in fastum et superbiam. Unde B. Petrus Damiani, priorem sensum sequens, *epist. 130*

ter caput ejus calcat, uti fecit Ioseph cap. x; unde vers. 34 hic subdit: « Ut conferret sub pedibus suis omnes vinclitos terre. »

Aliorū et Theodoretus, q. d. Tacebit et generose feret convicia et probra, perinde aē si os haberet plenū terra S. Ambrosius in *Psalm. cxviii*, serm. 40, pro hoc versu ita legit: « Dabit in sepulchra fossoram os sum, si tamen est spes patientie; » Itaque explicat: Ostendit supra modum patientie facultatem, ut tanquam sepiet os propriam, ne loquatur et velut quodam aggere virtutum obstruit, ne vocem doloris emitat, tantum pondus afferens patientem quam spes foveat, ut vocem ipsam velut buco quodam ac tunulo sepiet ac includat, quam nulla extorquere, nulla excitare possit injuria. »

36. DABIT PERCUTIENTI SE MAXILLAM, — q. d. Hac spe animatus Dei servus ultra se flagellis, probris, alijs exponit: alapa enim non tantum dolorem, sed et ignominiam pudoremque insigne infligit. S. Paulus, *Il Corin. xiij*, datum sibi ait angelum Satane, que se colaphizet, id est humiliat, et pudore afficiat: hoc enim facit stimulus carnis, id est tentatio libidinis. Describit singularem patientiam viri cuiuslibet, qui ab adolescentia jugum Domini portaverit. Quod quamvis generaliter dictum sit, tamen specialiter de Christo intelligentiam est: Christi enim typus fuit *Jeremias* incarnationis, alapa percussus et vexatus a Iudeis; et Christus omnium martyrum, et omnis patientia perfectissima fuit idea et exemplar. Ita Maldonatus passim, Patres et Interpretes.

SATRABIT OPPRIMENS, — qui propter Deum se feret, illi late aē si cibum sumeret laute et splendide: ut hac resignatione et humiliatiōne Deum sibi promereatur, conciliet, redditque benevolū: cogitat enim et sibi persuadebit, « quia eum non repellet in sempiternum Domini. »

Nota: Illustrum sanctorum et perfectorum est pasci et saturari opprobriis. Docet hoc S. Dorotheus magnus perfectionis doctor, narratque exempla mira sancti cuiusdam Patris, qui ab aliis gravissimis conviciis lacerissus, se non averrit, sed attendit quid dicaret, et gratias eam agit: « Benedictum, inquit, sit, frater, os tuum a bono. » Illi contra respondente: « Ne tu, improbe et voracissime senex, hoc dicas, ut lauderis: Sane, inquit senex, ita planissime, mi frater, se res habet ut dicas. » Hac salutacione peracta quispiam rogavit Patrem, utrum nihil fuerit his maledictis commotus? Qui junquam alias tam pacatum se fuisse affirmavit, ut qui suam animam tum singulari Christi gratia senserit custodiat. Annon hoc perfectum opus et heroicum?

Idem sanctus Pater rogatus qua ratione, si ab alio contemporari et convicia appetaris, animus sit ad equitatem componentus, ne in iram prossiliat? Si, inquit, te ipsum contempseris, non perturbaberis, uti docuit Poemus Abbas: « Nam si

(1) Respicit ad adorationis ritum, quo solebant Orientales pronas in terram facie esse prosternendae: vide Job 30. Ante verba quae sequuntur subaufundem **תְּנוּנָה**, dicens: *Si forsitan est spes.* (Rossmuller.)